



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Livellvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

d.c. fraternitati. & Bart. in l. Lucius ff. de fidei usso.

LITIGIVM.

LITIGIVM quo quis se omnibus opponit verbo, vel motu, quibus molestu facit, intendens proximum confundere, vel contemptibilem, aut despactum reddere, mortale est, contra charitatem proximi, alias veniale, contra virtutem affabilitatis. ex Caietan. in summa ibi. Proprietate autem in verbis litigium consistit.

2 LITIGARE in iudicio, secundum

Th. i. Cor. 6. quatuor modis peccatum est. Primo, ex irritationibili causa, puta ex auaritia vel odio. Secundo, ex modo litigandi, vi non loquendo cum aduersario, & vt inimicus se habendo. Tertio, fraudulenter, & peruerse procedendo cum cautelis, & alijs, vt fieri solet inter malignos. Quartio, quando ex hoc sequitur scandalum, vt si diues pauperem impotentem nimis arster, cui donare debet, vel fortunam pinguorem expectare. Communiter enim haec sunt mortalia, contra charitatem proximi. Si autem de re modica sit sine iniurijs, & scando, mortale non erit.

LITIGANS, & sciens causam esse iniustam, quam defendit, in principio, vel in processu, & non desistens, tenuit aduersari parti de damno. argum. in cap. dominus. de secund. nupt. De ordine litis iudicialis, vide Sil. versiculo, lis. Quomodo autem peccatur per aduocatos in litibus, dictum est supra, verbo, Aduocate, circa me. dium.

LIVELLVM, quod idem est quod emphyteosis: supra, Emphyteosis, per totum.

LOCATIO.

LOCATIO importat concessio- nem factam personae, vel rei ad vsum, cōuenta mercede in pecunia numerata: & si aliud daretur, non esset locatio, sed contractus innominatus. Conductio vero est persona, vel rei ad vsum exceptio interuenit pecuniaria mercedis: ita quod conductor est, qui soluit pensionem locator au-

tem, qui dat ad vsum modo dicto §. si quis ff. deposit. l. i. Si vero condu- ctio sit respectu operis, est econuerlo. Nam qui ponit operas est locator, & qui soluit est conductor. ff. cod. titul. l. item queritur. §. i. Et si est con- ductor rei urbanae, dicitur inquilinus, rusticæ vero colonus.

OMNIA quæ vendi possunt, pos- sunt etiam locari, exceptis servitib⁹ prædialibus, vt iter, actus, via &c. que locari non possunt. gloss. & text. in l. locare ff. loca.

SERVITUTES personales, quæ sunt vslus fructus, bene possunt locari. l. arboribus. ff. de vslu fruct. sed non fer- tūtus vslus. Inst. de vslu. & habitat. §. minus.

RES veniales locari non potest æstimata periculo conducentis, quod ad perditionem, & deteriorationem, sed videtur fieri in fraudem vslurarum, quia res æstimata intercedit loco pē- cuniae. l. si vero ff. solu. matrimo. nec est vera locatio, quia locator tem suo periculo tradit. Locati possunt feu- etus decimarum ad annum censum laicis, secundum Panor. in c. etiam de loca. & condū.

PRÆLATVS potest locare fuit & rei ecclesiasticæ ad parvū tēpus, quod est infra-decennium, secundum gloss. in clemen. i. de reb. eccl. non alie. & si obijiciatur, quod Paulina determinat tempus triennij. Respōdent quidam, quod illa non est in vslu, vel quod fuit revocata per Sixtum: secundum ali- quos: vel quia dicitur ibi, prēterquam in casibus iure permisis, & sic quod est secundum ius, erit secundum Pau- linam, & quia secundum ius est spa- tium nouenij, quod dicitur parvum, secundum Doct. ideò videtur, quod possit fieri locatio per nouenium, no- obstante d. Paulina. Si quis tamen bene consideret verba Paulinæ, clare videbit, quod huiusmodi locatio fieri non potest. Si illa sit acceptata, quod mihi est dubium, an vniuersaliter. Vla- de supra, Excommunicatio 62.

Non licet locare operas suas clerico pro diuinis officijs dicendis, alias esse